



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio secunda. Vtrum anima primi hominis fuerit producta ante corpus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Lib. II. Distinctio. XVII.

telligentia eundem situm habeat, sed negatiue, quia alium non habet. Tamen secunda suppositio, scilicet quod eadem species numero possit esse in intelligentia, & in quas cuncte alia re supposito distincta non est vera.

8 Quod patet tripliciter. Primo quia magis est possibile idem numero esse in diversis subiectis distinctis secundum suppositum, quam in diversis subiectis secundum suppositum distinctis. Sed intellectus noster possibilis, & phantasia sunt indistincta secundum suppositum, ponendo intellectum esse partem animae nostrae, & tam in eis non potest esse eadem species numero, neque aliquis tenentium hanc viam hoc ponit, ergo nec in intelligentia & phantasia, si distinguuntur secundum suppositum.

9 Secundum quia quanto forma minus habet de entitate, tanto plus habet de dependentia ad subiectum. Sed forma intentionalis minus habet de entitate, quam alias formae naturales, ergo plus habet de dependentia ad subiectum. Sed alias formae propter dependentiam ad subiectum, numerantur numeratione subiectorum: ergo &c.

10 Tertio quia in quibus inuenitur una forma, non solum uno numero, sed specie, oportet quod sit ea de receptu, quia actus actionum sunt in paciente disposito, sed in intelligentia, quae est res spiritualis, & phantasia, quae est res corporalis, non potest esse eadem ratio receptu, ergo neque eadem forma, non solum eadem secundum numerum, sed nec eadem secundum speciem, non valet ergo ista coloratio.

11 Opinio etiam ista multa improbabilia continet. Primum est, quod ponit intellectum separatum intelligere per species abstractas a phantasmibus, quia eti hoc colorabile sit dicere de intellectu coniuncto (quoniam & hoc multi negant) tamen hoc dicere circa intellectu separatum absurdum est, dissonat enim ab opinione ferri omnium loquacium de modo intelligendi substantiarum separatarum (vt patet intuitu librum Proculi & authoris de causis) quod enim proprius operatio substantiae separatae dependet a nostro phantasmate, fruolum est: sic enim hominibus corruptis, vel dormientibus, & non somniantibus nihil intelligenter ille intellectus, quod est absurdum; nec valet si dicatur quod intellectus noster, licet sit coniunctus secundum veritatem, & intelligat ex phantasmibus, tamen corrupto corpore adhuc intelligit. Sed per alium modum. Et idem potest dici de intellectu separato, hoc enim non est simile, quod intellectus noster coniunctus & separatus habet aliud modum essendi, propter quod potest habere aliud modum operandi, sed intellectus separatus solum habet unum modum essendi, quare, & unum modum intelligenti, a quo si cesset, cessabit omnino intelligere.

12 Secundum inconveniens est, quia operatio que non transit in materiam exteriorem non potest alteri distincto secundum suppositum communicari, quia actiones sunt suppositorum, sed intelligere est huiusmodi (vt patet ex nono mera.) ergo &c.

13 Tertium est, quia si intellectus separatus copularetur nobis bis per species abstractas a phantasmibus nostris, ac per hoc faceret multis intelligentes, eadem ratione posset copulari alio per species abstractas a phantasmibus alii, & facere alium intelligere, quod est absurdum. Consequens probatur, quia ex parte nostra non ponitur, nisi actus phantasmatis, qui potest esse in alio. Non abstractio species effectiva per aliquid quod sit in nobis, sed per intellectum separatum: intellectus etiam illi æquiter potest se habere ad hominem & ad alium & ad phantasmata vtriusque, quare &c.

14 Quartum est, quia si per huius copulationem comunicaret nobis intellectus suum intelligere, communiqueret nobis tale intelligere, quale habetur. Sed intellectus separatus circa cognitionem rerum naturalium non decipitur, ergo nec nos deciperemur in intelligendo, licet forte deciperemur in phantasmando, quod experimur esse falsum. Multa etiam inconvenientia possent ex hac positione deduci, sed haec sufficiunt. Ex quibus patet quod non solum erroneum est, & contra fidem, pone animam intellectuam non vniuersitatem in ratione formae. Sed plane processit ex magna ignorantia Philosophie.

15 A D argu, in oppositum dicendum quod illud quod inest alicui per se primo modo dicendi, per se semper inest,

Quæstio II.

180

sicut anima semper inest homini: quod autem inest secundo modo dicendi per se, aut dicitur secundum potentiam, ut risibile respectu hominis, & tale erit semper inest, aut dicitur secundum actum. & tale non semper inest, prout prius si connotat respectum ad alterum, sicut leuis inest per se moueri sursum, quod tamē impedit potest, isto modo inest anima vniuersitatem: & ideo impedit potest per indispositionem, quæ a corruptente inducitur.

Q VÆSTI O SECUND A.
Vtrum anima primi hominis producta fuerit ante corpus.

Thos. I. q. 118. ar. 3.

Secundum queritur, vtrum anima primi hominis fuerit producta ante corpus. Et videtur quod sic, quia finis proportionatur principio. Sed anima in fine remanet post corpus, ergo creaturæ similiter ante corpus.

2 IN CONTRARIUM est, quia proprius actus est in propria materia, sed anima est proprius actus corporis, ergo productus in corpore, & non ante corpus.

3 R E S P O N S I O. Quidam dicunt quod impossibile est anima produci ante corpus. Cuius rationem assignat, quia impossibile est terminus generationis precedere generationem. Sed anima est terminus generationis hominis, ergo &c. Item quicquid sit de anima primi hominis, saltem videtur impossibile, plures animas creari ante corpora, sicut posuit Origenes, quia formæ non plurificatur secundum numerum, nisi ratione materiae. Anima autem comparatur ad corpus, sicut forma ad materiam, ergo non possunt plures animas produci, nisi cum pluralitate corporum. Sed ita nullam habent necessitatem, non primum quia sicut terminus ad quem generationis non potest precedere generationem, ita terminus à quo corruptionis non potest remanere post corruptionem. Sicut enim terminus ad quem acquiritur, ita terminus à quo abiicitur, sed sicut anima est terminus ad quem in generatione hominis, ita est terminus à quo in eius corruptione, ergo si non potest praexistere generationi, pari ratione non potest existere post corruptionem.

4 Intelligendum ergo quod dupliciter aliquid potest esse terminus generationis. Vno modo, quia per generationem acquirit esse, & ese in hoc, puta in materia, quæ est subiectum generationi, & talis terminus non potest praexistere generationi, nec manere post corruptionem, & tales sunt omnes formæ naturales sub anima humana. Alio modo terminat aliquid generationem, non quia acquirit esse absolute per generationem, sed quia acquirit esse in hoc. Et talis terminus potest manere potest corruptionem, & praexistere generationi, sicut est de anima humana quia acquirit esse per creationem, sed esse in materia acquirit aliquo modo per generationem saltem dispositum.

5 Secunda ratio similiter non cogit, quia visum fuit ipsa prædicta, quod nihil prohibet substantias spirituales, sive omnino separatas à materia, vt sunt angeloi, sive vniuersales materiae, vt sunt animæ, plurificari secundum numerum excludit quacunque habitudine ad materiam.

6 Supposito ergo quod una anima, vel plures possunt produci ante corpora, quæcunque de anima primi hominis, an fuerit producta ante corpus? Et videtur sentire Augustinus Gen. ad literam, quod anima primi hominis fuit creata cum angelis ante corpus. Et ratio eius est, quia per opus creationis tota natura instituta est, vel in fe, vel in suo simili, vel in suis causis & rationibus seminalibus, sed anima primi hominis non fuit producta in suo simili, quia nulla processit ipsum. Nec in causis seu rationibus seminalibus, quia non educitur de potentia materiae, ergo oportet quod fuerit producta in se per opus creationis. Sed hoc non fuit cum corpore, quia tam secundum ipsum, quam secundum alios sanctos homo quantum ad corpus non fuit productus opere prima creationis, ergo anima eius fuit producta ante corpus.

7 Sed quia hoc non dicit Augustinus assertendo (vt verba eius demonstrant) ideo dicendum est quod nec anima primi hominis, nec anima aliorum creaturæ ante corpora, sed creando corporibus infunduntur, & infunduntur creare.

Magistri Durandi de

creantur: quia res institute sunt in perfecto statu. Sic enim institute sunt ut alii ex eis propagarentur. Propagare autem alterius ex se est rei perfecte, anima autem quia sit pars humanae naturae, non habet naturalem perfectionem, nisi secundum quod est corpori unita, ideo &c. Et huic concordat Philol. et Metaphys. dicens quod causae efficientes procedunt factum: causa vero formales nunquam, licet aliqua posita post corruptionem manere, ut anima intellectiva. Neque ratio cogit, quia illa quae creantur non supposita materia ex qua, vel in qua propriè pertinet ad opus creationis quod præcessit opus distinctionis & ornatus. Quae vero producuntur ab alijs materia ex qua, habent tamē materialiam in qua, licet de eius potentia non educantur, sicut est anima, non proprie pertinet ad opus creationis, sed præcedunt in ipso quantum ad rationes feminales, per quas licet non acquirant esse, acquirunt tamen esse in materia saltem dispositiu.

8 A D argumentum in oppositum dicendum quod finis proportionatur principio per se, per accidens tamen non oportet. Ex ita per accidens contingit animam remanere post corpus per defectum corporis, qui est mors, qui non potuit esse in principio creationis.

V R U M P A R A D I F U S T E R R E S T R I S F U E R I T L O C U S C O N V E N I E N T I S H U M A N A E H A B I T A T I O N I .

Th. i. q. 102. ar. l. c. 2.

Tertio queritur de paradiſo terrestri, Vtrum fuerit locus conueniens humanæ habitationi pro statu innocentia: & videtur quod non, quia temperatissima cœptioni debetur temperatissimus locus, sed complexio humana est temperatissima, & in maxime fuit in tempore innocentia, ergo debuit esse in loco temperatissimo. Paradiſus autem terrestris videtur esse in temperatu propter excessum caloris, quia dicitur esse sub æquinoctiali, ut est torrida zona, ergo &c.

2 IN C O N T R A R I V M est quod dicit Damascenus, quod paradiſus est diuina regio & congrua eius qui secundum imaginem Dei erat habitatio vel conueratio.

3 R E S P O N S I O . Videnda sunt duo. Primum est utrum paradiſus terrestris fuerit locus conueniens humanæ habitationi. Secundum erit de situ loci.

4 Q V A N T U M ad primum dicendum quod paradiſus fuit locus conueniens homini. Quod patet, sicut enim Deus nihil facit frustra, sic nec deficit in necessariis. Sed homini in statu innocentia erant duo necessaria, ergo debuit ei prouideri de illis, prouisum autem fuit in paradiſo terrestri, ergo &c. Minor probatur, quia homo in statu innocentiae conditus est potens non mori, & ideo duo fuerunt et necessaria contra duo ex quibus mors potest contingere naturaliter scilicet ab interiori per huiusmodi naturalis consumptiōnem, & ab exteriori per aeris intemperiem. contra primum prouisum est ei per etiam suum lignorum paradiſi: & maxime ligni vita. Contra secundum prouisum est per loci conditionem, fuit enim locus temperatissimus ut postea paretur.

5 Q V A N T U M ad secundum quidam dicunt quod paradiſus est sub æquinoctiali, vbi est clima temperatissimum ex natura loci, quod probant quia ex proportionate accessu & recessu solis est temperamentum caloris & frigoris. Sed sub æquinoctiali est summe proportionatus accessus & recessus solis, ergo &c. Maior de se patet. Minor probatur, quia cum sit semper æquinoctialis in illo climate quantum moratur sol de die super hemispherium, tamē moratur de nocte sub hemispherio. Et confirmatur quia duæ sunt cause caloris, una accessus solis ad nos, alia mora eius quae ambæ occurunt in climate nostro in diebus aestivi, quia tunc sol magis accedit ad zenith nostrum & prolixiores sunt dies noctibus. Et ideo tunc habemus excessum caloris. In climate tamen primo sub æquinoctiali, licet fit altera causa excessu caloris scilicet maximus accessus ad zenith eorum, secunda tamē deest propter equalitatem dierum & noctium, & propter magnitudinem circuli quem sol describit qui quanto est maior tanto in ipso motu est velocior, & minus moratur super eandem partem terra propter quod effectus eius minus firmatur.

6 Sed istud non videtur, quia si sub æquinoctiali esset clima temperatissimum, climata quæ ei magis appropia-

Sancto Porciano

quarent, essent magis temperata, & quæ minus, minus. Hoc autem est fallum, quia secundum clima quod est ei propinquissimum, est valde in temperatum propter excessum caloris. In illo enim dicitur ab aliquibus est Ethiopia quæ est regio calidissima, vt declarat curis nigredo Ethiopia, & crispitudo capillorum. Item clima maximè rem tuum ab æquinoctiali est frigidissimum propter maximam distantiam à via solis, vt est ultimum clima, ergo clima sub æquinoctiali est calidissimum propter maximam approximationem ad viam solis, quod concedendum est, & hoc tenet Ariftoteles, Meteororum.

7 Ad rationem alterius positionis dicendum quod duplex est accessus solis ad nos, unus secundum motum diurnum quo est sol accedit ad hemispherium nostrum, vel recessus cedit ab hemispherio nostro. Et hic accessus & recessus causat diversitatem caloris & frigoris quo ad diem & noctem. Nam dies sunt calidiores noctibus ceteris paribus. Alius est accessus & recessus solis secundum motum proprii circuiti quo accedit ad zenith nostrum vel recedit, & hic causat diversitatem caloris & frigoris ad maiores partes temporis, prout aestas calidior est hyeme. Primus ergo accessus & recessus, qui est secundum motum diurnum, est valde proportionatus in sphera recta sub æquinoctiali, quia semper ad æquator accessus recessus, & econversus, sic est bene argubatur. Sed secundus accessus & recessus sunt valde improportionati, quia bis in anno sol transit per zenith capitum eorum, scilicet in puncto arietis & librae. Recessus autem est validus parvus, quia ad plus est per gradus, & quinquaginta & unum minuta, quæ est quantitas maximæ declinationis solis. Et ideo ex hoc accessus notabilis notabilis excessus caloris propter notabilem refractionem radiorum solis, quæ semper est in illo climate ad angulos rectos, vel quasi rectos. Confirmatio etiam rationis exclusa est, quia ubi est maior accessus, ibi est minor mora super orizontem, & tamen videmus ibi maiorem calorem, vt patet in ordine climatum. Unde ad caudulum notabilem calor sufficit notabilis accessus, non obstante quod mora eius super hemispherium nostrum sit minor quam aliis climatis in diebus æstivis. Nam in diebus hyemalibus est maior, plus enim facit ad actionem aliquam propinquitas agèt ad passum, quam mora agentis.

8 Quid dicendum est ergo, ubi est paradiſus terrestris? Dicendum quod sub æquinoctiali, sed in monte eleuato super omnem altitudinem motuum, ubi nec aquæ diluvii attigerunt. Est autem locus temperatus non ex natura climatis absolute, sed ex loci situ, & altitudine. Reflexio enim radiorum solis in locis planis illius climatis, quam sit ad angulos rectos quandoq; scilicet in punctis arietis & librae, qui tangunt æquinoctialem: quandoq; vero ad angulos quasi rectos in omnibus aliis, scilicet temporibus: causat ardorem minium, & forte inflammat ærem, qui inflammatus & motus forte vocatur à scriptura gladius flammatus atque veratilis Gen. 1. Sed illa reflexio non artitgit vixque ad altitudinem paradiſi terrestris. Aer etiam est ibi subtilis, & ideo minus incorporatur in eo calor, propter quod non est ibi excessus caloris, de excessu autem frigoris non est timendum, quoniam locus ille sit sub via solis. Per hoc patet responsio ad primum arguendum.

9 A L I Q V I B I S autem non placet hoc: sed dicunt quod impossibile est quod supra medium aeris, ubi est locus semperante caliditatis, sit locus habitabilis propter excessum caloris. Quod declarant, quia Historiographi, & maxime Solinus dicit quod Philosophi ascendentis montem Olympum, secum deferebant aquam in spongiis, vt possent caliditatem & siccitatem aeris existentis in summitate montis infrigidare, & ingrossatus aptus esset respirationi: & si sic erat in monte Olympo, fortior ratione sic fuisset in paradiſo, si paradiſus fuerit maioris altitudinis, quam Olympus, vel ceteri montes. Et ideo isti dicunt quod locus temperatus pro habitatione humana solum est circa terram sub medio interstitio aeris, qui est locus semperante frigiditatis. Et ibi oportet ponere fusile paradiſum terrestre, non quidem sub æquinoctiali, propter in temperatum illius climatis aerem, sed alibi.

10 Quid